



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Paruus Ioannes, seu Nicolaus Odoenus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

licum, heroëm in robusta.  
 Nox illi persæpè vigil ducta  
 in delicijs Dei; quem ubi- *Oratio.*  
 que præsentem perpetuâ  
 consuetudine ad opem suæ  
 tenuitati ferendam religiosè  
 vocabat. Vnde illi vis ani-  
 mi vegeta, & vires corporis,  
 ac dulcis de fideli Deo fidu-  
 cia, illis etiam quas de diui-  
 næ perfectionis excelitate  
 particulatim in Deo sapè-  
 mente tractabat commenta-  
 tionibus validissimè confir-  
 mata.

*Paruus Ioannes, seu*

*Nicolaus Odoenus, Coad.*

Hic in Anglia sub adscito  
 Ioannis Parui nomine latuit,  
 & in pufillo corpore magnam  
 animi vim ostendit. Excel-  
 luit ingenio ad inueniendum,  
 accomodandumque latebras  
 in quibus delitescerent Pa-

*Anglus.  
 Londini.  
 12. Nou.  
 1606.*



*Fides.*  
*Mortif.*  
*Humilis.*  
*tas.*

tres, & sacer apparatus. Non semel in carcere, catena grauis, colaphos, inedia, & alia perpeffus est quæ hæreticus furor in Catholicos exercet cum rerum potiuntur hæretici. Cilicium ramentum, idque persanè asperum, nunquam à corpore deponebat. Per tres ipsas horas tortus, pependit ferro onustus; sed nihil quod fidei, nihil quod fidelibus noxæ foret dixit, aut admisit. Eâ fuit modestiâ, ut velut indignus Coadiutoris nomine, semper se pro Patrum famulo potiùs quàm Coadiutore haberi optaret. Cum iterùm captius teneretur; scireturque quàm nobilis cæcarum latebrarum artifex esset, miris, longis, inusitatis per septem horas ipsas

tor-



tormentis excarnificatus est  
per continuatos plures dies,  
visceribus ipsis fluentibus.  
Ita fortissima, & innocentia  
magnisque virtutibus diues;  
illa anima lacerum corpus  
memorabili fine deseruit.

*P. Franciscus Riberius.*

Goæ ad Societatem ag-  
gregatus, Mozambico po-  
stea ad Cafres in extrema  
zona torrida sitos profectus  
est, missu maiorum; & cum  
Rege non parùm profecit  
pro Christi lege prædican-  
da, erigendâ Cruce, templis  
excitandis. Ea res Sarace-  
norum pro lege Mahometi  
contra Christi legem fata-  
gentium odia excitavit: qua-  
re illum ad aras diuino sa-  
crificio intentum hastis trās-  
fixum interemere, hostiam  
gloriosam.

*Lusitanus  
in Africa.  
incerto  
mense.  
1620.  
ætat. 36.  
Soc. 21.*

*Fides.*

*Sacrificium.*